1518. die 29. 7bris. Ex Orig Arch regni 249

68

# Stanislaus et Janussis duces Masoviæ Georgio de Brzeszcze villam de Brzeszcze inscribunt.

Stanislaus et Janussius Dei gratia duces Masoviæ, Russiæ etc. Significamus tenore præsentium, quibus expedit generaliter universis. Quia attentis fidelibus servicijs, et meritis nobilis Georgij filij olim Nicolai Cybulski de Brzeszcze, quæ nobis ante hac exhibuit, nec exhibere cessat. Quibus intuitu servitijs villam totam nostram ducalem Brzeszcze nuncupatam, in terra et districtu Czirnensi sittuatam, a tenutarijs ejusdem villæ consenciendum et administrandum duximus exemptionem ejusdem villæ nostræ Brzeszcze prout et admittimus, consentimusque harum serie literarum gratiose. Quam quidem villam præfatus Georgius in summa tenutarijs reposita, secundum illorum reformationes, cum eodem jure et usufructu tenebit, habebit, et possidebit modo obligatorio ab anno ad annum, prout et principales possederant tenutarij pollicemur quoque præsentibus nulli alteri super exemptionem dicti Georgij consensum præbere ex eadem tenuta, sed ipsum in pacifica eiusdem possessione

con

conservare volumus ad mortem ipsius Georgij, duntaxat. Reservato tamen eo quod proprijs nostris pecunijs, quando volu:erimus, bona prædicta Brzeszcze, exeme:re possumus. In cujus rei testimoni:um sigillum nostrum mediocre quo uti:mur præsentibus est subappensum. Actum et datum Varschoviæ feria quarta fe:sti Sancti Michaelis Archangeli. Anno domini Millesimo quingentesimo decimo octavo.

Paulus Trzepski ducatus Masoviæ vicecancellarius subscripsit.

Ta kopia z oryginału pargaminowego, anni:hilowanego, przepisana dnia dwudzie:stego piątego miesiąca Marca. Roku Pańskiego 1785go, u którego dołu na zła:wiasce pargaminowey wisi pieczęć.